

Kreis teinfurt

S 202

1287.

[107
202]

Junker Simon zur Lippe schenkt dem Gottfried gt. Bischof das Erbe Albertmanni
in der Bischöf. Pentrup, Körpl. Greven.

Nos Symon domicillus de Lippia universis presencia visuris notum facimus,
quod cum unanimi consensu nostrorum coheredum proprietatem et ius, quod
habuimus in domo, que Pentdorpe dicitur, quam Albertus bone memorie
inhabitabat, Godefrido dicto Episcopo, qui dietam domum a nobis in feodo
habuit, ipsi suisque coheredibus damus et concedimus voluntarie, pure et
absolute abrenunciando omni iuri seu dominio, quod in dicta domo habuimus
seu habere potuimus quoquo modo. In cuius rei testimonium et robur presens
scriptum inde confectum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum
anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo.

Orig. Siegel ab. VIII. Rep. II. 1. b. 11, ohne Nr. Regest WUB. III.
Nr. 1342 nach der Abschrift im Staatsarchiv Münster Ms. II. 13. p. 231.